Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

digne postulat consequi me
rentur. P. Omnia in medio fl.
Letare uirgo et concentum
facite omnis qui diligitis
eam gaudete cum letitia qui
moestiam fuistis ut exultetis et sa
tiamini ab uberibus consolationis eius
Ps. Letatus sum in his que dicta sunt
mihi in domum domini ibimus. Oro.
Oremus quesumus omnipotens deus.
ut qui ex merito nostre
actionis affligimur. tue gratie
consolatione respiremus. P.
Lectio. Sancti Apostoli ad galatis.
Scriptum est quoniam abraham duos
filios habuit. unum de ancilla
et unum de libera. Sed qui de
ancilla secundum carnem natus est.
Qui autem de libera per repromissi
onem. Que sunt per allegoriam
dicta. Hee enim sunt duo testa
menta. unum quidem in monte
syna in seruitutem generans quod
est agar. Syna enim mons est
in arabia qui conuinctus est
huic que nunc est iherusalem et seruit
cum filiis suis. Illa autem que
superna est iherusalem libera est. que
est mater nostra. Scriptum est enim.
Letare sterilis que non paris
erumpe et clama que non
parturis. quia multi filii de
serte magis quam eius que habet
uirum. Nos autem fratres secundum
ysaac promissionis filii sumus.
Sed quomodo tunc qui secundum
carnem natus fuerat persequebatur
eum. qui secundum spiritum. ita et nunc.
Sed quid dicit scriptura. Eiice
ancillam et filium eius. non enim
heres erit filius ancille cum filio
liberi. Itaque fratres non sumus ancille
filii sed liberi. Qua libertate
xpus nos liberauit. Gre.
Letatus sum in his que dicta sunt
mihi in domum domini ibimus. V. Fiat
pax in virtute tua et habundantia in
turribus tuis. Tr. Qui confidunt in
domino sicut mons syon non commo
uebitur in eternum qui habitat in iherusalem. V.
Montes in circuitu eius et dominus in cir
cuitu populi sui ex hoc nunc et usque in
Sequentia. Abinde. S. Johem
Ihesus transiuit galylee. quod est
tyberiadis. Et sequebatur eum
multitudo magna. quia uide
bant signa que faciebat super
his qui infirmabantur. Subiit
ergo in montem ihesus et ibi sedebat
cum discipulis suis. Erat
autem proximum pascha dies festus
iudeorum. Cum sublevasset
ergo oculos ihesus et uidisset
quia multitudo maxima uenit
ad eum. dicit ad philippum.
Unde emimus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat
tentans eum. ipse enim sciebat
quid esset faciens. Respondit ei
philippus. Ducentorum denarii